

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Compendiosa regum Daniæ historia

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 10. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415585393520/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

10        *Regum Daniæ Historia*

cum Fridleuo pugnare ob publicam famam, quæ tum narrabat apud Danos esse viros fortissimos.

3 FROTHO Fredegoedt.

30. Rex Frotho cognomento pacis author, Fridlei filius, designatus rex sub prouidentia curatorum, <sup>5</sup> cum esset iam septem annorum. Igitur principio regni eius gubernatoribus male agentibus, tanta erat vita licentia, vt nec legibus nec pudore cohiberetur obscena aulicorum petulantia. Verum adulto rege Frothoni mutatae sunt vices rerum, euasit enim regnum ipsius non solum diuitijs, æquitate et legibus gloriosum, sed etiam incredibilibus quibusdam victorijs clarissimum. Cuius memoria etiamnum celebris est, tametsi apparet ipsum regnasse ante quindecim secula: nimirum eo tempore quo in Betlehem <sup>10</sup>, Iudeæ ex virgine matre natus sit Dei filius, homo factus.

HIARNERV.

31. Rex Hiarnerus, qui cum esset obscuris parentibus, suffragijs tamen populi diadema regni promeruit tanquam premium ornati sepulchri ipsius Frothonis. Nam Frothonis sepulchrum grandi saxo inscripto epitaphio ornauit, ob quod regno ab incolis donatus est, qui paulo post a Fridleuo Frothonis filio Ruthenorum rege est interfectus. <sup>25</sup>

2 FRIDLEVVS.

32. Rex Fridleus Frothonis filius. Hic cum reg-

*Regum Daniae Historia*

11

naret apud Ruthenos, audita patris sui morte pri-  
mum succurrit præfecto Suecorum, aduersus duode-  
cim gigantes Noruegiæ, quibus interfectis preter  
vnum Biornonem, in Daniam profectus est, cuius  
aduentum audientes Dani, quem vano rumore mor-  
tuum credebant, iubent Hiarnerum regno cedere.  
Iste Fridleuu rex factus, interfecit Asmundum Nor-  
uegiæ regem, ac paulo post naturali morte defun-  
gitur, relicto ex Frogertha vxore filio Frothono cog-  
nomento Largo.

4 FROTHO.

33. Rex Frotho Fridleui filius cognomento Lar-  
gus. Huius principatui multi gigantes parebant, in-  
ter quos præcipuus erat Starcatherus multorum gi-  
gantum peremptor, atque mirabilium rerum effector.  
Igitur cum hic Frotho glorioissimum habuisset  
regnum multis annis, a Suertingo quodam Saxoniam  
regulo dolose ad conuiuium vocatus occiditur, vici-  
sim occiso Suertingo, Suertingi enim scelus ambo-  
rum interitus fuit.

INGELLVS.

34. Rex Ingellus Frothonis filius, sed tanto patre  
prorsus indignus, quia luxu, libidine et crapula adeo  
perditus erat, vt euaserit omnium ignauissimus. Adeo  
ne cogitauit de patris dolosa morte vindicanda, vt  
filiam Suertingi patris interfectoris vxorem duceret.  
Cuius consuetudine tam mollis et deliciosus effec-  
tus, vt omnem auorum suorum gloriam prorsus ob-  
scurarit. Tandem Starcatheri exprobrationibus pro-  
uocatus, occidit in vltionem paternæ cedis septem